

A in deserto: non accuratius parare, ut filii Eli in Sila: non ad superfluitatem, ut Sodomitæ: non vile quodlibet, ut Eïan edulium in fame concupivit. Greg. in hom. Encomia. & varias virtutes ac effectus Abstinentiæ, vide in Loco de Tejnio & infra, Abstinentiæ fructus. Item ex Loco de Sobrietate, Castigatione corporis, Vino, &c.

ALIMENTORUM ABSTINENTIA.

Alimentum hic tanquam bonum corporis, ejusdemque Abstinentiam veluti accidens consideramus. Quam ipsam respectu Habitus sub loco Temperantiæ quoque perpendemus, circa subjectum Alimentum versantis.

SUBJECTUM ABSTINERE IN

GENERE ab

Alimento, sive semper, sive aliquandiu.

B Plinius Natur. hist. lib. 7. ad extremos Indiæ fines ab Oriente, circa Gangis fontem, esse Astomorum gentem prodit, sine ore, roto hirtam corpore, que frondium vesitiarum lamina, vivatque halitu tantum & odore, quem naribus trahat: nullum illis cibum, nullum esse potum: tantum radicum solumque odores varios sylvestrium malorum, que secum portant longiore itinere, ne desit olfactus, graviore paulo odore hand difficulter exanimat. Horum etiam Strabo ex Onecritio mentionem facit lib. 15. Cel. lib. 14. cap. 21. A. L.

ABARUS Scythia, Scuthi F. legatus Athenas veniens, ad suos Hyperboreos redit, nil comedens. Herodot.

Timonis in Cilicia AVIAM (sive nutricem) tradidit memoriam Aristoteles delitescere solitam quoque anno spatium bimembre: quam nulla re alia quam spiratione vivere deprehenderunt. Plur. 1.8. quæst. convival. 9.

Olympiodorus Platonius interpres Aristotelis scripsit, Aristotelis, qui rem vidit, testimonio, fuisse HOMINEM, qui donec vixit, neque manducavit unquam, neque dormivit. Cæterum in sole mandando alimentum accepit. His in Phædone per similia Plato conscribit. Cel. 1.24. c. 21. A. L.

Augustinus, cum Casulano rescriberet, affirmavit, temporibus suis QUEMAM quadraginta diebus sine cibo vixisse. ALIUM quoque Petrarca ponit, Venetiis idem fecisse, à multique ejus rei experimentum fuisse factum. Fulgofus lib. 1. cap. 2.

In Tullensi territorio, villa Commerciano, PUELLA duodennis, post sacram Communionem in Paschate à sacerdote suscepcam, primum per decem menses pane, deinde omni cibo & potu per triennium abstinuit, & post ad communem hominum vitam rediit. Anno Dom. 823. Siegb. in Chron. Regino lib. 2. Alii ad annum Domini 1322. referunt, ut Fulgofus lib. 1. cap. 6.

Memorable, quod in recentiore observatum historia est, fuisse QUEMAM, qui biennio continuo nil prorsum vel comederit, vel biberit. Probabiliora faciunt hæc, quod de Animalibus septimo Alberus Magnus scriptum reliquit, fuisse FEMINAM Coloniam in Germania sub Friderico II. que sine cibo dies quandoque viginti transmiserit, sæpè verò & triginta. VIRUM quoque melancholicum se vidisse testatur, qui sine cibo septem perseveravit hebdomadas, alternis tantum diebus aqua exhorberent. Visam quoque in Hispania PUELLAM gravissimè produnt auctores, que comederet nihil, ac haustu tantum aquæ vitam confoveret, & annum jam ageret secundum ac vigesimum. Cel. 1.13. c. 24. A. L.

PERUSA PALUMBA Interamnensis, annos nata viginti, sumpta sacra hostia, nullo alio sumpto cibo septem annos vixit. Id quod Innocentius VIII. Pontifex requisita diligenter inspexit. Ful. lib. 1. c. 2.

Eugenio IV. Pap. Gallus quidam nomine JACOBUS, in aula Romana amanuensis, gravi valetudine affectus, cum in patriam redisset, Hierofolymitanam peregrinationem voluit. Inde Romam, Nicolao V. Pont. reversus, nec bibere nec esse unquam inventus est, jureque jurando affirmavit, se jam biennium ita vixisse. Ful. 1.1. c. 2.

Refert Albertus, se vidisse melancholicum QUEMAM, qui cum diebus penè quinquaginta à cibo abstinuit, solo aqua potu interius singulis aut alteris diebus contentus erat. Cardanus de rer. var. 1.8. c. 43.

Anno Salutis 1460. NICOLAUS Helvetius Undervaldensis,

post susceptos ex conjugè quinque liberos, cum haud longè E à pago solitariam ageret vitam, peracto xv. anno sine ullo potu ac cibo decessit: veraque inventa fuerunt, que prædicebat futura: viraque prorsus austerà fidem faciebat, nihil ab eo de cibi ac potus abstinentia fingi. Et tamen Constantiensis Episcopus, in cuius diocesi agebat, profectus ad eum ipsum locum, ubi Nicolaus erat, diligenter rem perquisivit, inventaque palam literis mandavit. Qui ut ea de re certior fieret, sub obedientiæ imperio recusantem parum cibi sumere coegit: ob quam rem triduum graviter stomachi dolore laboravit, id quod ipse vereretur, antè monuerat. Nec verò Episcopo illi tantum, verum multis quoque Principibus Germanis, Gallis atque Italis, qui eò profecti sunt, res hæc explorata fuit. Nos quoque cum his locuti, qui viderunt, ac sermones unà feruerunt, rem extra ambiguum ponimus: præsertim quòd de hac cibi abstinentia diligentius quæsitum est, de qua ipse parè loquebatur. Fulg. lib. 1. c. 6.

Apud Spirenses, in villa Rhodo dicta, anno Christi 1539. puella quedam MARGARITA, patre nata Suffridò Uveis, & matre Barbara, cum jam ferè decimum ætatis sue annum attingisset, capitis & ventris dolore leviorè ad festum D. Michaelis est correpta. Cibum magis magisque fastidire cepit. Ad Nativitatè usque Dominicam, cum adhuc comedisset, nulli planè post id tempus aut cibum assumpsit, aut per alvum excrementum egressit: à potu tamen non abhorrebat. Post Pascha etiam potum fastidire cepit, adeò ut post Pentecostes festa, ætiosissimo licet anni tempore, ne biberit quidem, aut urinam emiserit. Ferdinand. Rom. rex, ne quid fraudis subsisteret, per Medicos suos explorari curavit, ut testatur Gerard. Bucoldian.

Scotus quidam melancholicus atque stultus, cum quadraginta diebus sine cibo clausus in turri Londini, jejunaasset, lac pro primo cibo atque potu assumpsit. Card. de rer. var. 1.8. c. 43.

Sub Clemente Pont. ejus nominis septimo, vix Scortus juvenis, pilisque rubeis, & (ut videbatur) habitu bilioso, cum spòtè se obtulisset, diebus xi. in custodia habitus absque cibo, alioquin assuetus usque ad 20. diem, & usque ad 30. in eadem inedia perseverare, novitatis premium accepit. Card. de Subtil. lib. de Hominiis necessitate & forma.

LEONARDUS Pistoriensis sensim eò se traduxit, ut semel tantum in hebdomada cibum sumeret. Card. ibid.

LEONARDUS Lasonius ætatis tempore per triginta dierum G spatium à nulla re falsa abstinens non bibeat, & mingebat tamen: quòd si liberet, & præsertim in ferulorum varietate, etiam bibeat. Athen. lib. 2. c. 2.

Arist. in lib. de Ebricitate: ANDRON, inquit, Argius per omne vitæ suæ tempus firi potuque caruit, quamquam multis cibis & salis & ficcis vesceretur. Idemque ad Annonem profectus per aquæ expertem vitam, sicca farina vescens, nullum adhibuit humorem. Apollon. de Hist. mirab. Idem de MAGONE Carthaginensere refert Athen. 1.2. c. 2. ubi Andronem vocat Archonem, ex eodem Aristotele.

JULIUS Viator eques Rom. in pupillaribus annis, aqua sustèr cutem fuisse morbo, prohibitus humore à medicis, naturam fecit consuetudine, atque in senectâ potu omni abstinuit. Plin. 1.7. c. 18.

IN SPECIE AB Herbis, Radicibus. HORATIUS ode 3. Epodon, faceret & copiosè ludit in re riddicula: nam detestatur alium, tragicèque persequitur, ut virulentius quam aut cicuta, aut viperæ sanguis, aut Canidie veneficæ: aut Medææ, quo tauros sopivit in Colcho, aut Nessi Centauri venenum, quo extrinçit e Hercules.

Demetrius Scepsius 1.5. de Troia apparatu, eos bonam inquit habere vocem, qui sic non utuntur: ac idcirco HEGESIANACTEM Alexandrinum historiarum scriptorem, à principio, cum esset pauper, tragicum fuisse asserit, & aptum ad fingendum, atque sonorum, qua intra decem & octo annorum spatium sicut non gustasset. Athen. 1. 3. c. 3.

OLEO. Solebat esse magnus olei usus in AQUILONARIIS tegnis, & lucrosus quævis mercatoribus: donec quidam novitatis cupidus dixerat populo, quòd Hispani lavarent suos leprofos in oleo, ideoque nequaquam eò vescendum. Illisque creditum est, nec quiquam amplius oleum ab illis emere voluit. Utuntur ejus loco in obioniis viruli martini pinguedine. Olaus 1.20. c. 7. Septem. rezionum.

Animalibus.

A ANIMALIBUS. ATLANTES Africa populi, nullo animante vescuntur. Herodot. lib. 4.

Orpheus sicut, id est, Orphicam vitam Plauto lib. de Legibus sexto dixit, à laxi sanguinolentique dapius putam. Hujusmodi siquidem vitæ rationem ORPHEUS instituisse videtur, ut non solum sanguine pecudum non inquinarent aras deorum, verum ne vesici quidem ullius animantis carnis sustinerent; sed libis ac frugibus melle conspersis facta facerent, nec aliis ipsi vescerentur. Videtur Orpheus hoc conatus apud Thracas, quod PYTHAGORAS tentavit apud Jonios, NUMA apud Romanos. Erasim. in Adaz.

Philochorus legem apud ATHENIENSES sancitam fuisse dicit, ne quis agnum comederet: quia animalis hujusmodi species aliquando apud eos penè defecerat. Athen. lib. 1. c. 4.

Alcibi in mensam vitulos admisisse, summum cenetur scelus. Nam & Imp. Valens ORIENTI dixerat, Ne quis vitulinam estasse carnem vellet, dum agriculturalioni consulum cuperet. Cel. lib. 28. c. 2. A. L.

B FINIS ABSTINERE

VOLUNTATE. CAUSA

Religionis.

Vide infra PARAG. Abstinentia religiose, item Tit. Superstitionis, in cibo.

Valerianus.

De hac sub Valerianus cura.

Atheneus lib. 8. tradit, TERESIONEM primum præcepisse de astrologia, editis regulis, per quas liqueret, à quibus esset abstinentium, quibus contra vescendum: inter quas erat & hæc de refectum, à quibus, à quibus. Addit, testudinis carnem, si modicè edatur, ventris tormina facere: rursum si copiosè, lenire.

NECESSITATE. VEL

Interna.

Nempè propter averfationem cibi. De qua sub Appetitione averfante cibos. Titulo Cibos.

PETRUS Aponensis, Conciliator vulgò dictus, à lacte ita abhorrebat, ut ne illud quidem comedentes sine nauca ferre posset, teste Ioan. Math. Gardense.

Bartholomæi Marantæ PATER, alienissimus fuit ab esu leporis, & conjucumque generis volatilium. Testis Maranta lib. 3. Methodi cognov. simpl. c. 12.

ISABELLA Ferdinandi Catholici, regina Hispaniæ, vinum non modò non bibit unquam, fed ne gustavit quidem: & propter aquam laxantem stomachum plerumque ciborum plus capebat. Marinus lib. 1. rer. Hispan.

CONRADUS Huoer rusticus Tomacensis in Turgovia, auleres insignis, à primis incontinabilis ad annum ætatis LX. quo obiit, pulmentis tantum ex farina cum lacte vel aqua confectis usus est: si mica panis vel aliud quid pulmento clam immisceretur, per vomitum rejiciebat. Abhorrebat etiam à crudo lacte. Ciborum quidem odorem ferre poterat dum ne deglutiret. Vinum autem ex uvis & pyris instar aliorum bibeat. Basilii Lucii hypomnema.

Extrema.

Propter vim aliquam, alimenti copiam subtrahentem. Cujus exemplum sub Fami Titulo non pauca erunt.

ABSTINENTIAM ALIORUM FOVERE, EXCITARE, PROMOVERE.

Quære in Loco de Temperantiæ.

ABSTINENTIA CIBORUM CERTORUM

HONESTA.

A QUIBUS ABSTINERE

à

CARNIBUS, ANIMALIBUS.

Primi illi humani generis parentes ADAM & EVA, quandiù in paradiso fiseri, aliorum fructibus aliti sunt. Ejecti quoque, non nisi pomis, oleis, frugibus vescerantur, & aquæ frigidæ potu. Carnium verò & vini usus ad diluviu usque tempora dilatus est, id est, post duo milia & ducentos quadraginta duos annos à mundo condito. Marul. lib. 4. c. 2. L. B. Theat. vite Human. Tom. 1.

ISRAELITIS, quibus animalibus vesici interdictum fuerit, E pete ex c. 11. Levitici, & Deut. 11.

ISIDEM Dominus interdixit adipe bovis, ovis, capræ, ne eo vescerentur. Sanguine quinetiam quoquecum, Qui fecus fecisset, ut is de suorum numero tolleretur. Levitici 7. Sanguine is vesici nefas est, sed eum humi fundere jubentur, ne cum sanguis sit anima, animam cum carne comedant. Lev. 17. & Deuter. 12. Nervo contrahente, qui est in cavo femoris, non vescuntur: quoniam in eo perficitur fuit cavum femoris Jacob Patriarchæ, dum ludaretur cum Angelo. Genes. c. 32.

JUDÆOS carne faulla ex legis præscripto unicè abstinauisse, notum est. De quibus sic Plur. lib. 4. Quæst. conviv. 5. scribitur Carnem suillam abominari & defugere Judæi videntur: quòd omnium maxime barbari vitiliginis albas & lepras odere, ac contagione hujusmodi morbos depaici existimant homines. Porcum autem sub ventre lepra scatentem & scabiè pustulis videmus: que quidem, vitioso corporis habitu exorto ac tæbe, infestare videntur hæc animantes. Quinetiam hujus pecudis in victu spurcicies cum pravitate quodam est conjuncta, quando nullam aliam ita capi luto ac locis fordidis & impuris cernimus, si discessemus ab illis, que originè & indolem ex his ipsis trahunt. Oculorum etiam prædicant porcorum ita reflexam aciem esse atque dejectam, ut ré nannquam ullam supernam percipiant, neque suspiciant cælum, nisi respinatorum interve pupillæ fuerint. Hinc quavis maxime sit hoc animal clamor, conquefere tamen ita locatum, ac silere, trepidatione ex insolentia cælestium, metuoque majore regressum à calore. Addit post hæc ex ignorantia profectam calumniam. Quòd fit etiam alleganda sunt fabule, à sue Adonium fama est exanimatum fuisse. Adonium autem non alium quam Liberum patrem judicant esse (quem illos lingua in Sabbum appellare, eidemque sacra facere, insigni mendacio alibi scribit) quod multa cætemonia, que in sacris utriusque adhibentur, confirmant.

Vide de Porcis in Listera P.

MACHABEA cum septem filiis, & ELZEARUS, sub Antiocho, porcinas carnes gustare noluerit. 2. Mach. 6. & 7.

DANIEL Judæus, cum sociis in regia Nabuchodonosotis educatis, ne sese regis cibis coinquinarent, ab Malafar spadonum magistro contenderunt, ut legumina tantum sibi darentur. At ille itam regis se vereti dicebat, ne ex facie illorum abstinentiam deprehenderet. Periculum tamen fecit, & per decem dies solis leguminibus eos pavit. Quibus exactis, apparuerunt & forma lactiores, & corpore pinguiores, quam ulli juvenum, qui regio victu utebantur. Itaque Malafar in posterum, cibi vini que demento iis detractò, legumina dedit. Dan. 1.

TOBIAS in Ninive urbe captivus, nunquam Gentilium escis inquinatus est, semper legitima alimenta servavit. Marulus lib. 4. c. 3.

IOSEPHUS lib. 13. & 18. Amiq. ubi describit sectas Judæorum, ESSENOS fert ad cælum laudibus, propterea quòd ab uxoribus & vino, & ut Hieronymo placet, à carnibus semper abstinerent.

Scribit in Antiquitatum libris Dicaarchus, Saturni tempore, carnis rejectis, HOMINES frugibus ac pomis vesici solitos. Triptolemi præcepta circumferuntur ita: Honorandos parentes, venerandos deos, carnibus non vescendum. Carnium esum carne detestatur Orpheus. Cel. lib. 28. c. 2. Antiq. Lett.

BRACHMANES Indorum philosophi nihil animati edebant. Euseb. lib. 6. de Prep. Evang.

Indorum MAGI, ad Solis sacerdotium evecti, carnis abstinerunt penitus. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 7. Herodot. lib. 1. BABYLONIOS piscibus olim tantum victitasse dicit.

PYTHAGORICI, animalium esu, sed maxime piscium, abstinent. Ad hunc se adiungunt sexcenti: licet Athenæus Lyconis testimonio Pythagoram animatis victitasse probet, & Philoxeni musici Cel. 1.4. c. 11. Plur. Conv. 9. 8. 8. duplicem assert causam: part è primò, quòd res cù iniustitia conjuncta videretur, persequi, occidere, vorare animal, quòd ipsa natura nullo pacto lædat hominè, aut lædere possit. Deinde quòd non ad necessitatem, sed ad luxum, supervacaneamque gula voluptatem pertineat piscium esus. Hinc esse, quòd Homerus fecerit, non Græcos solum, cum circa Hellepontem mistiferent, à piscibus abstinentes, verum etiam Phæacæ ipsos, alioqui hellonones. Ne procis quidem luconibus marinum opotium appoitit, cum utriusque insularis essent. Nam apud

B 4 los

A hos major em ferē videmus tum immanitatem, tum luxum. Neque focii Ulyſis unquam aſthano, aut retibus uſi ſunt, donec farina ſuppeteret: verum omni comite abſumpto, paulo prius quam facros Soli boves devorarent, piſcari cœperunt, non obſonij cauſa, ſed ob famem depellendam. *Eraſm. in Chil.*

HONORATUS Fuldenſis monaſterii Abbas (ut Gregorius reſert) puerulus adhuc, a parentibus invitatus, cum a carnibus abſtineret, per jocum interrogatur, an piſcari in montibus velleſ, qui tam procul a mari & fluminibus conſtitutus, piſcibus non carne veſci optaret? Cūque ipſe taceret, ecce is, qui ad aquam hauriendam perrexerat, piſcem de puteo ſitula ſublataſ attulit. Quo miraculo effectum eſt, ut omnes convivam, cujus continentiam irriterant, venerari inciperent. *Marul. lib. 4. cap. 2.*

BALDWINUS Devonius, ſacundus, & in philoſophia eruditus, Cantuarienſis Archiepiſcopus, totūque Angliæ Primas, nunquam ab eſſe tempore, quo primum factus monachus eſt, carnes comediffe dicitur. Quæ ſama cum ad vulgus etiam manaeſt: quædam vetula ipſi ſiter facienti occurrit, quæritans, an verum, quod vulgò de ipſo jaſtaretur: Cumque affirmaveſt, reſpondit illa: Falfa eſſe omnia, ſiquidem ſuas eum carnes ita voraveſt, ut vix oſſa reliqua fecerit. *Ramphus lib. 7. cap. 24. in Polychron.*

OLERIBUS.

BERNARDUS primus Claræ-vallenſis Abbas, olerum loco ſagis frondibus veſcebatur, ac pane hordeaceo, admixto milio & vicia, utebatur. *Guagin. lib. 6. hiſt. Franc.*

OPIPARIS, CUPEDIIS, CONDIMENTIS. Sale Plutarcius arbitratr **ÆGYPTIOS** facerotes abſtinuiſſe, adeo ut ne panibus quidem veſcerentur ſale conditis, ſi quando purè vivere vellent, quod præcipue libidinem irritare putaret, idque propter colorem. Præterea non eſt veridiſſime, illos abſticcaſe ſibi ſalem, tanquam condimentum omnium ſuaſſimum: ita ut non immeritò opſoniorum opſonium appellari poſſit. *Eraſm. in Chiliaſ, ex Plut. l. 8. Quaſt. conſo. 8. & Herod. lib. 2.*

REGINA Caria Adæ, cum dapes & bellaria exquiſite per artifices & coquos parata aſſidue ad Alexandrum Magnum propenſo animo mitteret, meliores habere ait eſe opſoniorum architectos, a Leonida pædagogos donatos, ad prandium *υποτροφίας*, antelucanam expeditionem, ad cænam *επιπροσβίου*, frugale prandium. *Plut. in apoph. & in Præceptis ſalub. & in Alexandro.*

AGESILAO Regi cum exercitu accedenti, oves multiplices, boveſque bene nutritos Thaliſi miſerunt, atque cum his bellaria multiformeſque cupedias, Agesilaus boves ac pecudes quidem accepit, bellaria verò & cupedias prius neque agnovit, quia fuerant obſecta: aſt ubi vidit, eos auferri juſſit, cum dapius hujusmodi veſci minimè legitimum eſſe diceret apud Lacedæmonios. Cum obſecrarent Thaliſi, ut acciperet: Date, inquit, iſtis (illos ostendens) hoſce enim ſervos corumpi præſtat, quam Lacedæmonios liberos. *Athenæus lib. 14. c. 29. & Plutarcius in Læconicis.* Hoc ipſum verò *Ælian. lib. 3. varia hiſtoria* LYSANDRO in Joniam proficenti tribuit.

Diogenes, auctore *Lærtio*, cum animadvertiſſet PLATONEM in opiparo quodam convivio, a reliquis temperantem cibis, & oleis duntaxat utentem, taxavit hominis abſtinentiam: *Τὸ ἐπιπρὸν εἶναι τὴν ἀπὸ τῶν κρέων ἡδονῶν τὴν ἀπὸ τῶν κρέων ἡδονῶν τὴν ἀπὸ τῶν κρέων ἡδονῶν*, id eſt, Quid, homo ſapiens, cum ob hujusmodi menſas in Siciliam navigaris, nunc appoſitis non frueris? Tum Plato: *Νῆ τὸν θεόν, ἀλλ' ὅπως, κἀκεῖ τὸ πῶς ἐπὶ τῶν ἐλαίων τὸ πῶς ἐπὶ τῶν κρέων*, id eſt, Per deos, Diogenes, & iſte plerumque oleis, atque id genus cibis utebar. Ad quod turnt Diogenes: *Τὸ δὲ ἐπὶ πλείονος εἰς Σουαχίας, ἢ πρὸς Ἀθήνας ἵνα ἴδωμεν ἐλάνας*, id eſt, Quorſum igitur atinebat Syracuſas navigare? Num id temporis Attica non ferebat oleas? *Eraſm. in Adag.*

QUI.

NEMPE SACERDOTES ETHNICORUM.

ÆGYPTIORUM Sacerdotes (ſicuti teſtatur Porphyrius) quum cœperunt divino cultui deſervire, carnibus & vino ſemper abſtinuerunt. Lac etiam in cibis & ova fugiebant: quorum alterum carnes liquidas, alterum ſanguinem eſſe dicebant, colore mutato: Carnis autem & vini ſaturitatem,

libidinis eſſe ſeminarium. *Ex Chæremone Stoico, & Herodoto, Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17. & Polyd. lib. 3. c. 5. de rer. invent.*

In Creta, ut *Euripides* tradit, Jovis PROPHEſA non ſolum carnibus non veſcebatur, ſed ne coctis cibis quidem. FLAMINI Diali apud Rom. captam, carnem incoctam, hederam, fabam, neque tangere, neque nominare fas erat. Neque etiam farinam fermentum imbutam attingere. *Gell. lib. 10. c. 15.*

PHILOSOPHI.

De PYTHAGORA notus eſt Juvenalis verſus *Satyr. 15.* *cunctis animalibus abſtinuit qui, Tanquam homine, & ventri indidiſt non omne legumen.*

SENES.

Inter pulmenta atro juri prima laus erat apud Læcones: proinde carnes non petebant MAJORES natu, quas junioribus permittebant. *Plut. in Læconicis.*

CUR. CAUSA

RELIGIONIS.

Exempla piorum, qui idololatriæ veſci noluerunt, pote ex Titulo Martyrum, item infra T. Abſtinentiæ religioſe.

Ciborum quorundam abſtinentie in jejunijſ originem recenſet *Polyd. lib. 6. c. 6. de rer. invent.*

LUXUS EVITANDI.

Cn. Pompejus ægrotrans, cum præcipiſſet medicus ei, ut turdo veſceretur, negare autem ſervi ſerviſſimo tempore eas uſquam niſi in Luculli vivariis reperi: prohibuit inde peti, ſed ad medicum ait: Ergo niſi Lucullus perditus deliciis eſſet, non viveret Pompejus: ac aliud, quod parabile eſſet, juſſit parari. *Plut. in Lucullo.*

VITÆ.

Præcepit Dominus ADAM dicens: Ex omni ligno paradifi comedere, deligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. *Gen. 2.*

VALETUDINIS.

In commentatione de Euclymnia, de ſe GALENUS prodit, cum annum agens octavum & vigefimum, abſceſſum veteri cœpiſſet, qua hepatis diaphragma contingit, horais omnibus bellum indixit, fibibus exceptis ac uvis egregie matureſcentibus. *Cel. lib. 18. c. 9. AL.*

CONSUETUDINIS.

In RHODO inſula, qui piſces edunt, ii quaſi ingenui & liberales commendantur. Quibus verò magis aridit carniſ cius, Agreſtes & Ventres appellantur. *Ælian. l. 1. var. hiſt.*

LUCTUS.

NICEPHORUS Phocas designatus Imperator, Theophanem Romani III. Imp. viduum uxorem duxit: & cum ex eo tempore, quo filius ſuus Bardas inter colludendum a patre Pleuſe, caſu haſta interfectus fuerat, carribus abſtinuiſſet, tum iis denuò veſci cœpit. *Zonaras.*

ABSTINENTIA POTUS CERTI

HONESTA.

PUTA VINI. CONSIDERANDO

QUI ABSTINERINT: tum

Populi.

Itaq; adeo abſtemij fute, ut niſi factorum cauſa vinum bibere nulli fas foret. Potus illis eſt oryza, ſicut etiam cibus. Si tentulum Regem mulier occidiſſet, hoc donabatur munere, ut ſuccellari nuberet. *Cælius lib. 18. cap. 31. A. L. ex Strab. lib. 15.*

Apud TROGLODYTAS Reges muſum bibunt, privilegio honoris: vulgus verò abſtemium eſt, & aquam potat cum paluero. *Alex. lib. 4. c. 7.*

Reges, Principes.

ALFONSUS Aragonius vino abſtinebat ſæpius, aut non niſi dilutiſſimo utebatur. Exemplum Regis in aulicos & ſubditos plerique manavit. *Panorm. Magiſtratus.*

Plato in ſua Republica MAGISTRATIBUS, donec in honoreſſent, vinum prohibuit. *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 11.*

CARTHAGINENSES toto imperij tempore magiſtratibus ſuis vinum interdicebant. Abſtemios enim & frugales principes reip. prodeſſe, temulentos autem & luxuriosos maxime obefe putabant. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 6.*

Pro-

JACOBUS frater Domini appellatus, cognomento Juſtus, vinum & ſicetam non bibit, carnem nullam comedit: reliqua vitæ ſanctitate ſe excellit, ut multi ſuſpicati ſint, propter necem ejus Hieroſolymam fuiſſe ſubverſam. *Marul. l. 4. c. 2.*

Sacerdotes.

AARONI & reliquis ſacerdotalis ordinis viris, *Levitici 19.* præcipitur: Vinum & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis tabernaculum teſtimonii, ne moriamini: ut habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum: doceatque filios Iſrael omnia legitima mea, que locutus ſum ad eos per manum Moyſis. Idem in *Ezechiele cap. 45.* reperitur his verbis: Et vinum non bibet ullus ſacerdos, quando ingreſſurus eſt atrium interius. Præcipue ergo ſobrios eſſe oportet Ecclēſiæ miniſtros, quorum vita documentum aliorum eſt. *Marul. lib. 4. cap. 2.*

MINISTRIS templi vinum prohibuit in Canoniciſ decretis eſt, *diſtinctione 35.* ne ebrietate graventur corda eorum, ut vigeat præceptum & intellectus, neve venter mero æſtuans, facile depumet in libidines. *Cal. Rhod. lib. 28. c. 31. Ant. Leſſ.*

Philophi.

POLEMON Academicus, ab anno vitæ trigefimo incipiens, uſque ad ſinem æquam bibit, ut teſtatur Antigonus Caryſius. *Athen. lib. 2. c. 2.*

ſcribit Demetrius Scepius, DIOECEN Peparethium, donec vixit, æquam frigidam bibiſſe. Idem *Lib. 6. Νεοπολις* Athenæi plures verſus recitantur Ariſtophontis, in quibus inducitur QUIDAM, qui ſibi gloriæ ducit, quòd patrientiſſimus eſſet eorum malorum, quæ cæteri mortales ſummo ſtudio fingerent, atque in illis tolerandis nulli cederet in ipſis fortiter ſuſtinentis præſtantium habitorem, in quibus malis etiam poſuit, ſe in aqua bibenda vinoque non guſtando, ranam eſſe. Videtur autem ille diſciplinam Pythagore ſectamque ſecutus: unde fabula ipſa, in qua inclui erant, *Ποσειδωνος* nomen habuit. Carminis cinitium eſt,

Ποσειδωνος τὸ πνεῦμα, ἔδειξεν τὴν ὑπόθεσιν Νουμὸν ἄπειρ τὸν ὑπόθεσιν ἢ φησὶν ἰδιώτης. Τὸ δὲ πνεῦμα ἔδειξεν ἄπειρ.

Victorius lib. 1. var. leſſ. cap. 13.

DEMOSTHENES orator ingeniſ, ſobrius & aquam potans *Æchinis* bene poti advertebatur. *Philophratus, & Athenæus lib. 2. c. 2.*

APOLLONIUS Tyanæus apud Philoſtratum docet, ſe ſemper aquam bibiſſe, neglecto vino: reſertque, potores aquæ ſomnum levem capere, neque vertiginis ullas pati, quibus aſſiciuntur violenti. Anima præterea, dicebat, a vino pura, ſaciliùſ conſpicit per ſomnia vaticinationem. *Quid. Bitur.*

Duces, Milites.

Conſule T. it. Milites ſuo exemplo ad ferendos labores, aſſum, ſuam animarum.

CRETENSES, LACEDÆMONII & CARTHAGINENSES militibus, ne eſſent militia animos inſolentiſ aſſueſcerent, in omni militia vini potum interdixere. *Alexander ab Alex. lib. 3. c. 11.*

M. CATO potabat in expeditionibus aquam: extra quam ſi immenſo aſtu ſitiret, tum potabat acetum, aut ſarſicentibus viribus, poſtremo loco parum vini ſumebat. *Plut. in Cat.*

PERCENNIVS Niger, bellica virtute ad imperium evectus, exercitui ſuo vinum adſerti nequaquam permisit. Quamobrem militibus quibus *Ægyptij* finium cura demandata erat, cum vinum polcerent, reſpondit, debere eis annis Nili aquam ſufficere. *Ful. l. 2. c. Militari diſciplina.*

Pueri, Adoleſcentes.

PERSE, licet natalem diem feſtum ſummo ſemper ſtudio convivij celebravit, filiis tamen indulgentiſſimi etiam parentes vinum prohibebant. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25.*

Veterum memoria PUERI puellaque, donec ad conjugium accederent, aquam bibebant. *Heracleides in Politia.*

Apud ROMANOS vinum ante annum trigefimum bibere, vitis quoque criminioſum fuit: ſervo verò interdichum penitus, niſi factorum cauſa, & Iolemnibus feſtiſque diebus. *Alex. ab Alex. lib. 4.*

Mulieres.

AGAR ancilla cum Iſmaele filio ejecta, panem tantum &

vitrum aqua plenum ſecum in ſolitudinem detulit. Conſumpta deinde aqua, puer & ipſa ſiti vexati, fonte Angeli pietate oſtenſo reſocillati fuere, Abraham dives erat, & inquit illam dimittebat, in Angelo divina virtus omnia poterat: ſed & ille ægrè dimittens, & hic multum miſerans, aquam ſolam ad potum conſeſſiſſe ei ſcribuntur: ut hinc facile conſeji poſſit, jam tum mulieribus neſas fuiſſe vinum bibere. *Marul. lib. 4. c. 2.*

ANNA Helcanæ uxor, Samuelis prophete mater, vinum, & quod inebriare poteſt, nunquam ſe bibiſſe dixit. *Marul. lib. 4. c. 2.*

Maſſilienſium lex fuit, ut MULIERIBUS non liceret vinum bibere. Quæ lex, ut Theophrastus affirmat, etiam apud Mileſios locum habuit, & Jadas. *Ælian. lib. 2. de var. hiſt. & Athen. lib. 10. c. 9.*

Anachariſ Scythæ, philoſophus, Num in Scythia tibia eſſent: rogatus: Ne vites quidem, reſpondit: Ebrietatis comes eſt ruſtica muſica. Sobrii ergo cum ſint SCYTHÆ, omnibus illis quoque illecebris caret. *Eraſm. lib. 7. Aphoph.*

ROMANIS mulieribus vini uſus olim ignotus ex inſtituto erat, ne in aliquod dedecus peraberentur, cum proximis F a libero patre intemperantiæ gradus ad inceſſam venent eſſe conſueverit. Bibebant autem lotum, paſſum, mutinam, & id genus dulcia. Inſtitutumque, ut cognatis ofculum ferrent, deprehendendi cauſa ex odore, an vinum bibiſſent. M. Cato in Oratione de dote, viro uxorem multare licere ſcripſit, ſi vinum bibiſſet. Hunc ofculandi quotidianum uſum poſtea Tiberius Cæſar edicto inhihibuit. *Athen. lib. 10. c. 13. Svet. Plin. lib. 14. c. 10. Gel. 10. c. 23. Macrobi. l. 2. Fal. Max. l. 2. c. 1. Cal. lib. 28. c. 6. A. L.*

Ægri.

ZALEUCI Locrenſis, cum aliæ multa leges extant, tum illa non in poſtremis habenda: Si quis Locrenſium Epizephyriorum ægrotrans vinum intemperatum bibiſſet, niſi juſtente medico, etiam ſi ad priſtinam valetudinem rediſſet, mortis ei ſupplicium erat conſtitutum, quoniam non juſtus biberat. *Ælian. de var. hiſt. & Alex. lib. 3. c. 11.*

Nulla juvenum puellarum ſano & vegeto corpore, tanta ſe dederat continentia, quantæ PAULA Romana ſtracho & G ſenili debilitatoque corpulo. Et in ea re pernacior fuit, ut ſibi non parceret, & nulli cederet admonenti. Menſe Julio ſerventiſſimis aſtibus incidit in ardorem febris, & poſt deſperationem, cum Dei miſericordia reſpiraret, & medici ſtuderent, ob reſectionem corporis vino opus eſſe tenui & parco, ne aquam bibens in hydropem verteretur: & D. Hieronymus clam beatum Papam Epiphanium rogaret, ut eam moneret, imò compelleret vinum bibere: illa, ut ære erudens & ſolertiſ ingenij, ſtatim ſenſit inſidias, & ſubridens, Hieronymi eſſe, quod ille diceret, intimavit. Cum beatus Pontifex poſt multa hortamenta egiſſet foras, & quartus Hieronymo: Quid egiſſet? reſpondit: Tantum profeci, ut ſeni homini pedè perſuaſerit, ne vinum bibam. Hæc reſeſto, inquit D. Hieron. in *Epitaphio*, non quòd inconfideratè & ultra vires ſumpta onera probem (monente Scriptura, Super te onus levaveris,) ſed quòd mentis ejus ardorem & deſiderium fidelis animæ, ex hac quoque probate velim perſeverantia, decantans: Stitit anima mea in te, quam multipliciter tibi caro mea.

CUR.

Abſtinentia vino alij natura, quos proprie Abſtemios vocant, de quibus ſub loco Corporis bonorum & malorum egimus: ex inſtituto honeſto, aut ſaltem non turpi, de quibus nunc acturi ſumus. Religioſis ergo.

NAZARÆIS, & ſanctificatis Domino præcipit Moyses *c. 6.* Num. ut a vino & ab omni quod inebriare poteſt, abſtineant, nec quidquam quod ab uva expreſſum eſt, bibant: uvas præterea neque recentes neque ſecas guttant, cunctis diebus, quibus ex voto Domino conſecrati fuerint. *Marul. lib. 4. cap. 2.*

RECHABITÆ patris præceptis obſequentes, ſcyphos vino plenos, cum ſibi propinarentur, reſperunt: & Non bibemus vinum, inquit, quia Jonadab filius Rechab pater noſter præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos & filij veſtri uſque in ſempiternum. Quamobrem merentur a Domino audire: Non deficiet vir de ſtirpe Jonadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. *Marul. lib. 4. c. 2. ex Hierem. 35.*

Sapien-

A EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

UXORI Manue liberatore populi concepitur, Angelus apparet abſtinentiam dixit. *Iud. c. 13.*

Tenuis victus ſufficiebat ELIZ, qui petiit à vidua Sareptana paululum aquæ, & buccellam panis. *3. Reg. 17.*

ELIZBUS propheta viginti panibus hordeaceis centum pavit homines, utro miraculo invitaret omnes ad victus frugalitatem. *4. Reg. c. 4.*

RUTH Moabitidis in agro Booz, cum ſpicas deciduas legeret, benignè ab ipſo accepta, panem tantum jubetur comedere, & buccellam intingere in aceto: & cum ſitiret, eandem aquas potare, quas portabant meſſores. Quod illa quidem pro magno munere habens, gratias egit, comedique & bibit. At ipſe, quam victu tam parco tamque ſimplici delectari vidit, dignam cenſuit, ut ſibi acciperet uxorem, non dubitans de pudicitia illius, cuius ſobrietatem fuerat expertus. *Ruth. c. 2. 3. 4.*

DANIEL, & alii tres pueri ANANIAS, MISAEI, & AZARIAS, meliores & corpulentiores ſunt ſobrietate viventes, quam cum cibo regio veſcebantur. *Dan. 3. 4.*

EXEMPLA HISTORICA.

ISIDORUS Xenodochus cum ſapè menſe accumbens in lachrymas reſolveretur, quantum de cauſa id faceret, rogatus: Puertem, reſpondit, veſci cibo à ratione alieno, cum ſim & ratione præditus, & futurus in Paradifo deliciarum, & amboſque nutrimento fatiandus. Et eccui non viſeant cibi terreni, ſi cum æternis illis eois conferat? *Palaudius in vita. Beyerl. in Apoph. Chriſtian.*

Ardebat HELEN Abbas aliquando ſummo mellis deſiderio; cùmque præter opinionem favos reperiſſet, appetitui frenos injiciens, dicebat: Recede à me imtemperans cupiditas. Non ignorabat viri ſanctus, quanta virtus foret placidus abſtinentiæ bonis. *Pallad. in vitis PP. c. 59.*

D. HIERONYMUS annos ſerè LX. incredibili abſtinentia vitam tradidit.

S. HILARIUS modicis ficibus aridis, & modico pane, decrepitam ſovit ſenectutem.

C De S. JACOBO minore traditur, quod carnes nunquam in cibum acceperit, nec oleo unctus, aut novacula fuerit raſus.

Eleganter B. Auguſt. lib. de Fide: Bonum eſt in cibo cum gratiarum actione percipere, quiddid Deus edendum præcipit. Abſtinere autem ab aliquibus non quaſi malis, ſed quaſi non neceſſariis, non eſt malum. *Polyantha Lanſii.*

Plura pete ex Tit. de Sobrietate, Vini carentia, &c.

B. FULGENTIUS Ruſpenſis Epicoſus, ſupra credibilem modum laboribus ſe abſtinentiæ cruciabat, ſine vino & oleo, manducans & bibens ſic parè & tenuiter, ut mediæ magnitudinis ſecatam corporis cutem fatiſcere diverſis ulceribus cogeret, ac ſuperduca (quam dicunt) impetigine delicati corporis pulchritudo ſeclaretur. Putabant pluriſimi, tunc B. vitum, ſub occasione infirmitatis, aut reſceſſurum à propoſito ſanctitatis, aut reddendum deinceps tepidum, ne vel regulæ communis parſimoniam cuſtodiret. Ille verò contra ſpem omnium, miſericordie Dei prævenientis auxilio gubernante, ex infirmitate corporis ampliores vires animi capebat; ſalutem verò corporis arbitrio Domini committebat, hoc plerique dicens: Scimus omnes ex epulis vitam ſolere ſervari, non ſanctitatem poſſe conſervi: nam ut ſaneur infirmitas, ſi explenda videtur gula cupiditas, quare infirmitatem etiam illi, qui conviviis lautioribus quotidie ſaginatur? Tolerabat ergo infirmitatem patienter, exercebat abſtinentiam ſatis humiliter. Parvum namque putans omne quod facebat, de die in diem melior fieri geſtibat. Hoc propoſitum cordis ejus miſerator & miſericors Deus adjuutorio ſuperis juvaminis fulciens, velociter ei corporalem reſtituit ſanctitatem. *Ser. 1. die Jan. c. 6.*

EMONDUS Archiep. Cantuarienſis, abſtinentiam quoque in omnibus ſingulariter ab ipſis primis ætatis initiis conſecratus eſt, puta in ſermone, cibo, potu, ſomno, reſuſque aliis, quantum humane ferrent vires, in iis temperantia ſtuduens. Solo pane & aqua ſextis ſerilis contentus fuit: interdum ſolum panem edens, nullum omnino potum admixiſt. Unde id conſpectum eſt, ut nonnunquam labia ejus ſiſſa viderentur, ut ſolet arida tellus humorem ſitiens. Deſtuebant à capite barba & pili, medicis ejus rei cauſam dicentibus, quod corpus ejus humoribus deſtitutum eſſet. Cibis veſcebatur vilioribus: quod ſi adeſſent delicata ſercula & potus lautior, minus uſeabatur. Nolebat, ut ſua cauſa

quiquam ex ipſo perquiret, quibus in prandio veſci vellet; & ſi poſſidet etas quipiſam commendat, guſtare eaſnolebat, quod opiparas eſe inde conſpiceret. Rariſſimè in die bis edebat, idque non niſi honeſta ratione ſuadente. Denique tantum ille ſibi abſtinentiæ rigorem indixerat, ut plerique è ſuis potant, eum vel mente captum, vel vita privatum iri. *Surius Tum. 6. Novemb. die 16. cap. 6.*

De S. BONIFACII Archiepiſcopi Moguntiaci ſobrietate quid dicam? S. Lugetus Monafterienſis Epicoſus teſtatur, tantum in eo fuiſſe potus temperamentum, ut vix unquam, ſecundum Apoſtoli dictum, modico vino uretetur, quod non eſſet aqua mixtum. Et non tantum in ſemetipſo hoc adimplevit Apoſtoli dictum, ſed & omnes ſibi ſubditos vehementer admonuit, ut nunquam ebrietatis malum incurrerent, fed velut inferni focam præcaverent, atque vitarent. *Serrarius lib. 3. de rebus Moguntiacis.*

CAROLUS Magnus, cibi potuſque parciffimus erat: in potu tamen temperantior, ut qui ebrietatem in quolibet infimæ etiam conditionis homine, nedum ſuis, abhorrebat. Cœna quotidiana quatenus tantum ſerculis, præter aſam, qua maximè delectabatur, & quam venatores verubus inferre ſolebant, conſtabat. In cœna non amplius ter ſere, neque interdum temerè bibit. *Ætate pro potione ſumebat aliquid pomorum. Crantzio de reb. Saxon. lib. 2. c. 8.*

Inter alia, quæ de S. HEDUVIGIA leguntur, illud maximè admirabilem, eſſe non omnibus imitabilem, reddit, quòd, ut Chriſto, qui pro omnibus mortuus eſt, vivere poſſet, membra ſui corporis penarum flagellis jugiter mortificabat, quotidiane caſtigationis crucem tollens in humeros ſuos, & poſt Chriſtum virili pectore incendens, pro cuius amore non formidabat occiſionis ovicula fieri, cum ille immenſa charitate permotus, pro ſalute omnium voluerit crucifigi: in carne enim ſua aſſictionum mucrone tudebat vita, beſtiales ſranabat motus, ſentium exteriorum peccantiam domabat & ad gratiæ capeſſenda incrementa, virtutumque proſectum, hominem interiorem cooptabat. Quotidianum ſele afflictebat jejunio, exceptis Dominicis diebus, & præcipuis quibuſdam ſolemnitatibus, quibus nonnunquam cibum capebat. Ab eſu Geatium, quæ eſſent carnis adipe ſaginata, abſtinuit omnino, idque annis plus minus quadraginta; nec ullius unquam, ne fratris quidem Eleberti Banbergienſis Epicoſi, vel precibus, vel oburgationibus adduci potuit, ut tam bonam conſuetudinem intermitteret. Et licet ita parèc viveret, adeò ut etiam multi mirarentur eam in tanta abſtinentia & inedia vivere poſſe; ſibi tamen ſufficere videbatur, quando virtus Altiffimi eam confortabat. Quomobrem M. Egidio Uratiſlavienſi Archidiacono, magna ſanè ſeveritatis viro, oburganti illam, quòd quam parum cibi acciperet, ita reſpondit: Ego comedo quantum ſatis eſt mihi: noceret enim, aliſmenta accipienda eſſe, quemadmodum medicamentum. Tantum igitur edens, quantum ſufficere ad naturæ neceſſitatem, ſummo perè ſibi à ſuperfluo cibo cavebat. *Ser. Tom. 4. in vita.*

GENOVEVA Pariſienſis virgo, à quinto decimo anno ad quinquageſimum uſque, hordeaceo tantum pane & fabis contenta, bis in hebdomada cibum ſumebat. Quinquagenaria, Epicoſorum juſſu, hordeaceo pani lac & piſcem adjeçit, ne ad mortem ſerè conſecitam feſtinare videretur. *Bonſin. lib. 5. hiſt. Decad. 1.*

Gula quoque modum imponit cibi parçitas, ut reſert *Pe- trus Damian. Epicoſ. Oſtlenſis* de quodam ABBATE, qui ſuavis edulii concupiſcentia ductus, lampredam ſibi acquiri præcepit. Cùmq; miniſtri dicerent, hoc genus eo loco diſſicile poſſe reperiri, exiit qui diceret, unam tantum in navibus ſe vidiffe propoſitam, nullo minus quam viginti numerorù Paſienſium ſolidis coemendam. Juſſit Abbas dari pecuniam. Cocorum autè diligentia lautè decoctus piſcis Abbati apponitur; ſed antequam tangeretur, ecce pauper ad januam, hoc poſiſſimum ſibi dati, quod Abbati appoſitum erat, anxie poſtulabat. Mox ut erat, integrum piſcè nò heſtans vir Domini mittit ad pauperè. Illicò pauper qui videbatur, cum ipſa pauperide plena piſce in ſublime ſe extrulit: & librata manu velut xenium potas, celum, cunctis videntibus, penetravit. Unde liquido comprobatur, quia quod indigentibus datur, Deo tranſmittitur; & quod in ſinum pauperis oculum ſumit in celo reponimus. Illud etiam quod nunc addimus, quamquam non ſit miraculum, ab adificatione tamen non vacat, cui famulatur omne quod ſcribitur. Epicoſus quidam lampredam ſibi parari præceperat, qui paulò poſt dum inter Miſſarum ſolennia

lennia facris altaribus devotus aſſiſteret, ecce lampredæ memoria illecebroſi guſtus eum tentavit affectu: ut autem erat animi ingnifus, talia ſe pari poſſe in obtutibus oculi & omnipotentis inſpectoris erubuit. Expletis itaque officiis regressus, febricitum anima piſcem pauperi tradendum eſſe mandavit. Sic profecto canicula voluptatis, que ſub menſa corporis utcumque poſuiſſet vivere, ad ſancta ſanctorum impudenter intrumpens, penitentia ſulle mactata meruit interire. *P. Damian. Epicoſ. ad Greg. VII.*

S. Carolus Cardinalis Borromæus, ita de gula victoriam obtinuerat, ut extra conſucta bibendi tempora ne guttam quidem aque vel in æſtibus caloribus & laboribus guſtare ſoleret. Reprehendit aliquando ſacerdotem familiarem, quem viderat extra horam conſuetam bibentem: nec admilſit excuſationem, quòd os tantum perclerit, ob eandem rationem, quòd facillimè ſenſus, niſi cohæbeatur, fiat licentior. *Daurault. in Catechiſmo bapt. Tom. 4.*

D. Auguſt. Nutricem matris ſuæ impenſè laudat, quòd ſancta ſeveritate aque potum extraordinarium interdiceret pellis, hac de cauſa: Nam eas, inquit, præter illas horas, quibus ad menſam parentum moderatiſſimè alebantur, etiam ſi exardeſcerent ſiti, nec aquam bibere ſinebat, præcaveſſet conſuetudinem malam, & addens verbum ſanum: Modò aquam bibitis, quia in poteſtate vinum non habetis: cum autem ad maritos veniſſet, factæ domine apothecarum, & cellariorum, aqua fordebat, led mos potandi prævaleret. Hac ratione præcipiendi, & auctoritate imperandi frenabat aviditatem tenerioris ætatis: & ipſam puellarum ſitum formabat ad honeſtum modum, ut jam non liberet, quòd non deberet. *Lib. 9. Confeſſ. c. 8.*

S. Serapion adhuc juvenis, ad ſermoſem ſui patris alienum compunctus, & de vitio galtrimargiæ penè convictus, ſurtum paniculi, quem comedit clanculo, coram fratribus factebatur, & à tentatore demone procius liberatus eſt tam plene, ut deinceps nunquam de gula tentatus ſit, prout reſert de eo *Caffian. collat. 2. Abbat. Moſy. c. 11.*

CAUSA CUR ABSTINUERINT

puta Tuenda caſtitatis.

C. Inſignem etiam victorie palmam in ſexu fragili tulit Adelheidis virgo Conſtantienſis. Dixit ceſſe, pro galtrimargiam vehementer & plurimo tempore impugnata. Cùm enim pro caſtitate tuenda, jejunium, quibuſdam diebus, operam daret efficaciorem, tanta fames eam inſuavit, ut niſi jejunium in laboribus magnis, quos habuit, foret, ſibi quòd deſiceret ſtatim videbatur. Sed illa pauper ſubſtitit, demonis tendiculas hæc eſſe timens. Quo viſo per demoneſ, videlicet quomodo Chriſti ſponſa pro æſtium amore talem corporis rigorem non horreſcebat, ſtatim tentator abceſſit, & ut mihi faſta eſt, poſtea diebus ſuis hoc vitio virginem non tentavit. *Joan. Nider. lib. 2. Formic.*

Magnus ille Hilation, cum non ignoraret, quod habet in Epicoſis Hieron. à Libero patre ad inſeſſam Venetrem proximum gradum intemperantia eſſe; nonnunquam ad corpus ſuum hunc habuit ſermoſem: Ego te aſelle faciam, ut non recalçitres. Nec te hordeo alam, ſed palcis; fame te conſciam, ut cibum potiùs cogites, quam laſciviam. *L. Beyerl. in Apoph. Chriſti Tit. Abſtinentia.*

FRANCISCUS Borgia è Soc. Jeſu, ſumma inedia corpus aſtugere ſolitus erat. Rogantibus ſociis, cur id faceret? Beluam, reſpondebat, iſtam plorare juubeo, ut quam deliciis voluptatem palatum exceperit, eam abſtinendo amittat. *Lib. 4. vita ejus cap. 5. Beyerl. ſupra Tit. de Afflictione.*

Ad divinas conſolationes habendas. B. Auguſt. poſt conversionem hunc cum Deo ſermoſem habet: Quam ſuave mihi ſubitè eſt factum, catere ſuavitatis nugarum, & quas amittere metus fuerat, jam dimittre gaudium erat. Intraſtabuſ pro eis ſumma luavitas omni voluptate dulcior. *Lib. 9. Confeſſion.*

Vide que præcedentibus Tit. dicuntur.

A CIBIS, TUM FIDELIUM, TUM EXEMPLA ET APOTHEGMATA.

Quæ ſuperioribus Titulis poſſent inferri, & eorumdem acceſſione augeti.

AC PRIMUM CHRISTIANORUM, SIVE FIDELIUM.

THEONOSTUS junior venatum egreſſus, non conſciis viae ſtudiique ſociis, ad Monachum divertit: qui licet Imperatorem agnoſceret, aſtu tamen curſuque fatigato, panem aceto maceratum, & olive liquorem appoſuit. O virtus, quid non facis, ubi nobiliora ſemel ingenia occupatiſi? Comedit Imperator, bibit frigidam fonte receptam, tandemque ſe Theodoſium conſeſſus. Verè, inquit, tibi aſſirmo patet, nunquam me in palatio tanta cum voluptate cibum ſumpſiſſe. Ita ante eum Darius ab Alexandro fugatus, cum inedia teſto compulſus, aquam turbidam & cadaverum ſquallore inquinatam hauſiſſet, ſe unquam jucundius biſiſſe negavit: nunquam enim ſitiens biberat. *Cedrens, Beyerl. ſupra.*

RUDOLPHO Imperatori Auſtriaco, dum adverſus Otocarum Bohemiæ Regem caſtra moviſſet, ac gravi comætuſ (potus præſertim) inedia laboraret; ſerunt, à colono, qui ſortè collegis meſſoribus ſciceram hauſerat, oblarum hydriam: qua viſa, Reddite, ait, homini vaſculum; ego enim non mihi ſed exercitui ſtitebam; & ita exercitum ſuo exemplo ad ſitum fortiter tolerandam invitavit. *Æn. Syl. lib. 3. Commentar. in reſ. geſtas Alphonſi.*

ALPHONſUS Aragonum Rex non minori commendatione dignus. Cùm enim, fuſo proſigatoque Jacobi Candole exercitu, ſine tentoriis ac comætu pernoctaret, eique, Joannes Eſernitanus raphanum unum, ac panem cum dimidiato caſeo miſiſſet, reſcufavit, dicens: Non decet Imperatorem jeſuno exercitu mandare. *Panor. l. 3. de geſtis Alphonſi.*

PYRRHINICULUS Vaſco peregrè iter faciens, cùm ad meritiorum tabernam veniſſet, & appoſita eſſet cœna omni ex parte olitoria, vinumque admodum juvenis, brevi reſeſtione prævia, medicum ad ſe vocari, cui intercedem perſolvat, mandat. Indignatus caupo, Ecquid miſum! ait, in viculo tam aſtreſti medicum requiritis? Cui ille: Tunc dè bone teiſum ignoras? quò ſi metces operæ tuæ par, medicum accipe, non cauſonis. Seriebat enim frugalitatem ſobrietatemque optimam hominis medicinam. *Adrian. Barland. Beyer. in Apoph. Chriſti.*

SANTACRENSUS Magnus, dum ob proſperum rerum eventum Genio merum largiſſus fuſſerent proceres, ne modèſtia temperantiaque limites exceſſè videretur, in ore, & G mente: Nunc me ſobrium oportet, cum alii non ebri eſſe non poſſint. Non ignorabat, proſperos rerum eventus humana ingenia explorare. *Nicot. Greg. lib. 9.*

FRIDERICUS Imper. etiam abſtinentiæ cultor eximius, intellexerat aliquando Leonoram conjugem, ex qua nullam prolem fuſcitaverat, facile ſæcunditate conſecuram, modò vino (à quo ſemper abhorruerat) præſertim in Germania frigida regione, uretetur: Eſto, inquit, malum uxorem ſterilem, quam vinolam. *Æn. Syl. l. 2. comment. de geſtis Alphonſi.*

Succedat Auguſto Leonora ſua Auguſta: quæ tantum ab eſt, ut iniquo animo ſui mariti reſponſum acciperet, ut etiam palam proſiteretur: Eſti domini mei (conjugem appellans) juſſioni tam libens pareo, quam vino; ſi tamen vini uſum mandaverit, morti optarem, quam parere. *Idem Beyer. ſupra.*

Scribit *Marcellinus*, Conſtantium Imperatorem nunquam pomum guſtaſſe, nunquam in publico nares exteriſſe, nunquam exiſſe: Et ſuperatum à Peſſis, fruſto panis ſibi à vetula portecto inedia propuſiſſe.

ETHNICORUM.

DEMETRIUS Chidonius Græcus, multos dies perſitebat inenarrabili abſtinentia jejunus. *ibid.*

SOCRATES minimo vivebat ſumptu, veſcebatur pane, & lacte. *ibid.*

ANACHARIS apud Ciceronem, Mihi, inquit, pulmentum fames, cubile ſolum, veſtis Scytharum tegmen. *ibid.*

ANCHIMOLUS & Moſchus Sophiſtæ Eſthenes, tota vita hydopota fuerunt, ſolique ſicis deſiderio ventris ſauſcecurrunt.

MASINISSA Rex Numidarum, jam nonagenarius, ſemel tantum interdium veſcebatur, ſine pulmento.

MITHRIDATES Rex Ponti, jam ſenex, cibum capturus, non accumbat, verum ſtans veſcebatur, idque velociſſimè.

VIRIATUS Princeps Luſitanie, ubi bellum aliquod mente conceperat, non prius accumbat menſe, aut in lecto acqueſcebat, quam propoſitum abſolviffet.

AUGUSTUS breviffimi cibi fuit, ad medias interdium epulas ſatiatus jam convictoribus accebat, primique ſurgebat menſa.

A LACEDÆMONI nullam diſciplinam abſtinentia habuerunt potiorum. Pinguis & obſi ventris adoleſcentes inedia macerabant.

EGYPTIA juvenus, Amariſ edicto, non prius cibum capiebat, quam centum odoginta ſtadia percurriſſet.

PLATONIS frugales erant cœna, propterea dicebat Timotheus, bene cum iis fore, quos Plato excepiſſet convivio. delicatius epulas, ſimiliter ſprevit convivia, vivebat contentus olivis Academicis, pane item & aqua.

TELEMACHUS Acarnenſis viſcitabat fabis.

SOCRATES tanta fuit temperantia, ut omnia ferè vitæ ſuæ tempora valetudine innoſcentia vixit.

ROGATIANS Senator ſemel tantum interdium dabat operam cibo.

PERSARUM Magi nihil in cibo præter farinam & olera recipiebant.

Indorum Gymnoſophiſta veſcebantur pomis, & farina.

DIOGENES nunquam pendebat de craſſino, ſed in præſentem modo horam ſibi corrogabat cibum, ob id inuſitatus dicitur, id eſt, quotidianus.

B EPAMINONDAS Thebanus victu ſuit adeo parvo & tenui, ut à vicino in cœnam invitatus, cum dapſilem & affluentem delictis menſam reperit, iratus reſceſſit, dicens: Ego te opinabar rei divinæ operam dare, non de contumelia cogitare. Sic inſeſtus exit obſis & corpulentis, ut quandam aliquando portentoſo ventre ſubmergeret ab exercitio, quod ad tegendum ejus corpus viſe clypei tres ſufficerent.

LYCOURGUS dicere ſolitus eſt, non eſe utendum majore cibo, quam qui ad repellendam famem ſufficeret, amota crapula.

PERICLES Athenienſis à cœnarum & conviviorum apparatibus abhorrebat adeo, ut nec apud amicos cœnaret.

PLATO ſepius ſibi laborans, è puteo hauriebat aquam, iterumque eſundebat, ut ita cupiditatem caſtigaret. Vide Langium in Polyamæa, Tit. Abſtinentia.

JUVENALIS Satyr. Curii abſtinentiam, ſive potius frugalitatem deſcribens, ita canit Sat. 11.

Hec olim noſtrum cum luxurioſa Senatus Cœna fuit. Curius parvo que legerat horto, Ipſe focus brevis ſubſtitit oliſcula, que nunc Squalidus in magno ſaſtidit compede ſoſſar, &c.

CAUSA, Nempe ſanctitatis. Nempe in amare ſunt epula ſine ſine petita, Illuſque pedes vitioſum ſerre recuſant Corpus.

Horat. lib. 2. ſerm. Sat. 7. Et libro eodem Sat. 2.

Accipe nunc victus tenuis, que quantæque ſecum Adferat. Impiis vides bene. Nam varie res Prænoceat homini, credas, memor illius eſſe, Que ſimplex olim tibi ſederit: at ſimul aſſis Miſcueris elixa, ſimul conchyliæ turdis, Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoque tumultum Lenta ſerret pituita, &c.

Plura reperiet Lector, Titulus ſuprà allegatis. Videatur Locus de Alimentis, eorumque abſtinentia.

* Abuſio. Abuſus.

D DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ABUSIO ſive Abuſus eſt, cum aliqua re per licentiam nimiam male utimur. Nam abuti eſt perperam uti, ſive nimis licenter uti. Unde Cicero: Noli abuti nimis patientia noſtra.

Abuſio Græcis, κατὰ νόμον, ἢ, & κατὰ νόμον, abutor dicitur. Eſt autem abuti, utendo conſumere.

Abuſio & Abuſus. Adjunctum hujus vocis ſignificationem aperit, ut non ſolum pro licentiori morum corruptela accipitur, ſed & ad ſumum illicitum cujuſcumque rei. Inſulam.

Abuſus pariter, niſi aliquid adjiciatur ſignificationi, in bonam ſumitur partem: ſimpliciter verò prolatum, in malam. Reſp. leg. bona civitatis, ff. de verbor. ſignif. Lucas leg. uſum aque, C. de aqua ductibus.

Abuſus & uſus contraria judicantur. Nam auctore Boetio, utimur iis, que nobis utentibus permanent: iis verò abutimur, que nobis utentibus pereunt. Jacob. Spiegelus in Lexico juris civilis.

ABUSUM VARIA GENERA.

Magna abuſio, ait S. Bernard. in Apolog. Parcitas putatur avaritia: fobrietas auteritas creditur: ſilentium reputatur triſtitia. E contra remiſſio diſcretio creditur: triſtitia ſilentium reputatur, loquacitas aſſabillitas, cachinnatio jucunditas, mollities indumentorum & equorum faſtus, honeſtas, lectorum ſuperfluous cultus munditia.

Duodecim ſunt abuſionis ſpecies. Sapiens fine operibus, ſenex fine religione, adoleſcens fine obedientia, dives fine eleemoſyna, ſcœmina fine pudicitia, dominus fine virtute, Chriſtianus contentioſus, pauper ſuperbus, Rex iniquus, Episcopus negligens, plebs fine diſciplina, populus fine lege. Auguſt. de 12. Abuſib. Tom. 9. oper.

Duodecim ſunt abuſus Monafterii. Præſertim negligens, diſcipulus inobediens, juvenis otioſus, ſenex obſtinatus, monachus curialis, religioſus cauſidicus, habitus pretioſus, cibus exquisitus, tumor in Clauiſtro, lis in capitulo, diſſolutio in choro, irreverentia juxta altare. Hugol. 1. de Clauiſtro anime.

ABUSUS VARIARUM RERUM

EXEMPLA HISTORICA.

ET APOPHTHEGMATA.

ARISTIPPUS delectatus aliquando inſigni unguento: Male ſit, inquit, malis cynædis, qui rem tam bellam infamant: ſentiens, multa per ſe bona reſciſi culpa utentium male. Laert. lib. 2.

THEODORUS Athenienſis objicientibus, quod doctrina ipſius multi redderent deteriores, reſpondit, id aliorum uſus accidere, quod doctrinam ipſius ſiniſtra exciperent, cum ipſe dextra portigeret. Plur. lib. de anim. tranſquil.

DIOGENES aliquando Platoni occurrit, caricas edens, cique offerens, dixit: Licet participem eſſe: cum acceptas edeſſet, Participem eſſe dixi, inquit, non devorare. Meritæ, ἴσθαι & καταπαγεῖν. Hic jocus ad rem ſeriam poteſt accommodari, videlicet in eos, qui principis, præceptoris, ac parentum permiffi abutuntur ad inconceſſa. Veluti ſi quis admonitus, non eſſe inutile degulare dialecticam, totam vitæ tam ei impendat ſtudium. Dicitur ita referretur à Laertio, ut dubites, uter alteri obulerit caricas. Laert. 16.

ENICETUS conſpiciens quemdam impuris moribus, audacem, confidentem lingua, improbo tamen ſtudio philoſophiæ diſciplinam contredare, inelambrat Deum atque hominum fidem, his verbis increpans hominem: O homo, vide quo mittas, num purgatum ſit vas. Nam ſi ad arrogantiam iſta immiſeris, interierit: ſi compurtraverit, in terram aut in acetum vertentur, aut ſi quid his dereris. Sentit, eruditionem eſſe pernicioſam, ſi in animum incidit pravis affectibus corruptum: & quò queque diſciplina ſanctior, hoc ſit pernicioſior, ſi contigerit improbo. Velut bono Theologo nihil melius, malo nihil peſſilentius. Eraſm. lib. 7. Apophthemat. Gellii lib. 17. c. 19.

PROMETHEUS, quum ignem è cœlis in terras deportaſſet, cumque primum viſum Satyrus complecti velle, & exoſculari: Heus! inquit, ni caveas Hirc, proſectò dolebit tibi mentum. Admonens, etiam que natura pulcherrima ſunt, maximeque neceſſaria, tamen fieri pernicioſa, niſi rectè H utaris. Eraſm. lib. 8. Apophth. ex Plat.

LUDOVICUS XL Galliar. Rex, hominem illiteratum, inſignem habere Bibliothecam intellegebat, & ſubridens, cum gibboſo comparabat, qui cum gibbi onus in dorſo ferat, nunquam intuetur illud: ſentiens, abuſum eſſe comparare librorum copiam, quibus niſi neſcias. Corroſeris in diſt. memor. Beyerl. in Apophth. Chriſtian.

Vide Prodigialias, & Titulos earum rerum, quibus homines plerumque abutuntur.

ABUSUS SACRÆ SCRIPTURÆ.

Quere Sacra Scriptura, Hereſis, &c.

ABUSUS SACRORUM ORNAMENTORUM.

Quere Titul. de Paramenis Eccleſie, Sacrificio.

Acade-

Academia.

* DEFINITIO, ETYMOLOGIA, &

APPELLATIONES VARIÆ.

ACADEMIA Ἀκαδημία, vel ut Suidas Ἀκαδημία, locus eſt numerofus, mille paſſus ab Athenis diſtans, ab Academio Heroe, ut placet Eupolide, ita dicitur. Ubi & Plato natus eſt, & Philoſophiam magna auditorum frequentia profeſſus fuit. Eius ſectatores Academicus, ſicut alii à Stoa Stoici, appellati fuerunt: hinc illud Timonem apud Laert.

Hic inter Dux ille Plato ceſſiſſimus ibat, Cujus ab ore melos manabat, quale Hecademii Arbuiſti lepida modulantur voce cicada.

Antea enim per (E) Academia dicebatur: volunt namque non Academum, ſed Ecademum ſcholas ibi inſtituiſſe. Ita namque Horat. lib. 2. Epist.

Scilicet ut poſſim curvo dignoſcere rectum, Atque inter ſylvas Ecademi quaere verum.

Erat igitur Academia gymnaſium inferius: quum ſuperiori gymnaſio, cui Ariſtoteles præerat, nomen eſſet Lyceum, Avar, quæ & inferior ambulatio & ſuperior dicebantur.

Academia noſtro tempore uſurpatur pro urbis parte, in qua celebrantur ſtudioſorum gymnaſia: ut Academia Pariſienſis, que vulgò Universitas dicitur.

Academia quoque dici poteſt quelibet litterarum ſchola inſignior atque celebrior.

Fuit etiam eo nomine villa Ciceronis ad Avernum lacum, non procul à Putcolis in litore ſita, porticu & nemore inſignis, à qua etiam Academicus queſtionibus, quas in hac villa conſcripſit, nomen impoſuit. Extat de laude ejus villa apud Plinium Laureæ Ciceroniſ liberi Epigramma: quòd quia elegantiffimum eſt, & dignum non ibi tantum, ſed ubique legi, hiſi adſcripſimus:

Quod tua Romana vindex clariffime lingua, Dylu loco melius foregere juſſit avire, Atque Academia celebratam nomine villam, Nunc reparat cultu ſub potiore verus.

Hic etiam apparent lymphæ non ante reperta, Laoguida que in ſuſo luminare levant.

Nimirum locus ipſe ſui Ciceroniſ honoris Alos dedit, hæc fontes quum patefecit ope.

Præ quantum totum legatur ſine fine per orbem, Sint plures oculis qua medentur aque.

Hæc Plinius lib. 31. c. 2.

Recentiorum quidam Scholas publicas, quòd auctoritate publica ſive, quòd idem ſerè eſt, publice inſtituuntur, quidam Universitas appellare malunt. Non quòd omnes liberales artes in eis doceantur (multæ enim ad certarum tantum diſciplinarum profeſſionem eriguntur) ſed quia profeſſoribus & ſtudioſis litterarum Collegium & Universitatem habere licet, quòd aliqui jure prohibitum eſt.

Syrii & Babylonii à conſideratione, que veritatis indagandæ gratia inſtituitur, Cunicechiam olim appellare ſolebant.

* CUJUS AUCTORITATE ERIGENDÆ.

SOPHOCLES Athenis legem tulit, auctor. Laert. ut neque Scholæ eligerentur, neque Philoſophorum quicquam præeſſet, niſi id Magiſtratus decreviſſet.

Itanos cum demum veram Universitatem fatemur, quam ſummi Pontifices, Imperatores, Principesque Romani, certis privilegiis confirmarunt, ne ad ſeminanda potiùs vitia, quam propagandas virtutes, ad evertendam Eccleſiam, quam conſervandam veram religionem à quibusdam privata auctoritate inſtituatur.

Quare DD. in L. Deo Auctore, C. de veteri jure emel. Doctorem creare quod in veris ſolium Universitatibus permittitur) Pontificis aut Principis eſſe aſſerunt. Sicut Egyptiorum Sacerdotes non niſi auctoritate Regia olim publicis gymnaſiis præſidebantur.

Et Azo Lucerna juris C. de profeſſor. eligendos & Scholis præſciendos eſſe docet, auctoritate publica cum decreti interpoſitione. D. enim Auguſtus, ut major Juris auctoritas haberetur, decrevit, ut nemo de jure reſponderet, niſi Principis auctoritas accederet, ſicut in l. 2. §. Primus Divus Auguſtus, ff. de origine juris videtur eſſe.

* QUO LOCO.

Quoniam divinarum & humanarum legum ſcientiam in majoribus tantum civitatibus docere permiſſum eſt, ut hæc autem tria, Proamio, ff. gloſ. c. 3; Episc. diſt. 80. gloſ. in verbo civitatis, cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. docetur: Univerſitates etiam in celebrioribus civitatibus inſtituendæ ſunt. Nam Romæ ſolum & Conſtantinopoli olim divini humanique Juris prudentia tradebatur, ſicut Azo Jurisconſult. in L. unica, C. de ſtudiis lib. vrb. Roman. & Conſt. lib. 11. perſcripſit. Metuebant enim glorioſiſſimi Imperatores, auctore Bartolo, ne ſacroſanctæ leges, que cœlum ipſum terramque tuerentur, in obſcurioribus locis, propter Doctorem virorum penuriam, turpis lucri gratia, ab impertitis corrumpentur.

Quod cum Majores noſtri diligenter obſervarint, noſtro tam periculoſo tempore tantò accuratius obſervandum erit, quòd hominum improbitas major eſt, & plurima in univerſam philoſophiam vitia irreperſerunt, ne in totum aliquando corrumpatur.

Neque civitatis tantum, ſed loci quoque ſalubris & opportuni in inſtituendis Universitatibus diligens ratio habenda eſt, quemadmodum egregie mihi perſeſſe videntur Poetæ, qui Muſas in Helicone & Parnafio amœniſſimis tutiſſimisque montibus habitare ſiſterunt. Unde & Strabo lib. 5. aſſerit, Neapoli olim ob aeris puritatem celeberrimam exiſtiſſe Universitatem; & lib. 14. ait, Tharſenſem Academiam propter Cydmi ſaluberrimam aquam locique commoditates, Alexandriam & Athenienſem gloria litterarum ſuperariſſe. Quamvis velint nonnulli, Academiam, locum fuiſſe inſalubrem, eumque à Platone electum ut diſcipuli nullam voluptatem caperent, præterquam earum rerum quas diſcerent, ut auctor eſt S. Hieron. l. 2. cont. Jovinian.

Igitur locum à turba remotum univerſitati aſſignabant Magiſtratus, quomodo Philo memorat, lxx. Interpretes Bibliorum ſecretam ac puriſſimum locum elegiſſe ſuis locutionibus.

Et Eſſeni Judæi, ut magis pietatem colerent, & diſciplinam liberius ſectarentur, ſcholas ſuas ad lacum Aſphaltem, & horros baſami atque palmarum, leguntur inſtituiſſe.

Unde etiam jure canum, ut qui locum ſtudiis commodum occupat, priuſquam illa eò transferantur, teneatur eundem dimittere. Bart. l. unica, C. de ſtudiis.

* ACADEMIARUM

Inſtitutio peramiqua.

Recentiorum quidam Scholas publicas, quòd auctoritate publica ſive, quòd idem ſerè eſt, publice inſtituuntur, quidam Universitas appellare malunt. Non quòd omnes liberales artes in eis doceantur (multæ enim ad certarum tantum diſciplinarum profeſſionem eriguntur) ſed quia profeſſoribus & ſtudioſis litterarum Collegium & Universitatem habere licet, quòd aliqui jure prohibitum eſt.

Syrii & Babylonii à conſideratione, que veritatis indagandæ gratia inſtituitur, Cunicechiam olim appellare ſolebant.

In Oriente, unde omnia bona & pulchra, fuit jam olim Academia apud Judeos, tempore Jolue fortiſſimi Ducis, que Dabir dicebatur, & prius Carjath Sepher, hoc eſt Civitas litterarum. Græca Biblia τὸ Ἱερώνα δαβείρ τῶν πύλων γραμματικῶν τῶν ἀπτόρων. Joſue c. 15. & 21.

Sed & oppidatum Scholas habere Judæi, quas ſuo nomine Batte Midras vocabant (à peritis auctoribus) inſtituendæ pueritiæ. Jacob. Middendorpius.

Moyses inſtitutus dicitur in omni doctrina Egyptiorum: fuere igitur loca, ubi ea doceretur jam in lege Naturæ, antequam legem ſuam criſpiffiſſet Deus, eamque populo propoſuiſſet. Ac videtur hæc Academicarum inſtitutio natura duce primitus facta fuiſſe. Quippe animus hominis ſemper ad diſcendum avidus. Ex quo enim immortis eſt & inſinitus, natura ſua medias rerum ſenſibilium cognitiones appetit, ut per eas ad primam illam Dei, rerumque divina rum cognitionem pertingat, ut docet Apollonius in epist. ad Rom. dum ſcribit: Inviſibilia Dei intellectu conſpicit per ea que ſunt facta.

Vide infra, Inſtitutio.

ACADEMIÆ MATERIALITER

CONSIDERATÆ.

De Academicis peculiarem commentarium edidit Jacobus Middendorpius An. 1167. in argumento à paucis vel nullis tractato, & ingenioſum & laborioſum, è quo nos etiam hæc pauca tranſtulimus: quamvis etiam aliorum ſcriptis fuerimus uſi.

UT TOTUM. SIC ACADEMIÆ DANTVR

PUBLICÆ. HUC

Inſula: Academicis clata.

A Fynnano Scotorum Rege introducti primū Durcerglii, Druyde Latini dicti, philoſophiæ Gr. periti, ſacrorum præſides